

ARCTOS
ACTA PHILOLOGICA FENNICA
NOVA SERIES · VOL. I.

COMMENTATIONES IN HONOREM

E D W I N
L I N K O M I E S

SEXAGENARII

A. D. MCMLIV

EDITAE



HELSINKI
KUSTANNUSOSAKEYHTIÖ OTAVA

INDEX

Y. M. Biese	Zwei Beiträge zur Geschichte der römischen Grammatik	9
Gudmund Björck	»Rhesos«	16
Patrick Bruun	The Consecration Coins of Constantine the Great	19
Erich Burck	Amor bei Plautus und Properz	32
Ingemar Düring	Aristotle the Scholar	61
A. Ernout	<i>Consensus — concensus — consentaneus</i>	78
R. Hakamies	<i>Tintinnabulum et equitum</i> dans le latin finlandais du moyen âge	80
U. Knoche	Der Gedanke der Freundschaft in Senecas Briefen an Lucilius	83
Heikki Koskenniemi	Cicero über die Briefarten (<i>genera epistularum</i>)	97
J. Marouzeau	Ordre des mots et realia	103
Eino Mikkola	»Pluralis rarius« bei Isokrates	108
Tauno F. Mustanoja	Latin and French Proverbs in the Fourteenth-Century MS. A. 2. 12. of Sidney Sussex College, Cambridge .	123
Päivö Oksala	Über die Einstellung Ciceros zum lexikalischen Purismus	132
Gunnar Rudberg (†)	Kunstprosa und Hymnenstil	138
Torsten Steinby	L'Istituto Finlandese a Roma	145
Joh. Sundwall	Parallelismo fra Grecia ed Italia nelle migrazioni preistoriche	154

J. Suolahti	The Origin of the Poet Catullus	159
J. Svennung	<i>Numero = Nr.</i>	172
Holger Thesleff	'Ως ἀληθῶς und Verwandtes	184
Rolf Westman	Observatio critica ad Procli in Platonis Rem publicam commentarios (Vol. II, p. 113,10 Kroll)	190
Veikko Väänänen	Sur la préposition latine <i>de</i> marquant la notion partitive	192
Henrik Ziliacus	The Stolen Anchor	199

OBSERVATIO CRITICA AD PROCLI IN
PLATONIS REM PUBLICAM COMMENTARIOS
(VOL. II, p. 113, 10 KROLL)

Rolf Westman

Proclus ineunte ea parte commentariorum,¹ qua fabulam in Rem publicam Platonis insertam tractat, commemorat Colotem Epicureum vehementissime in hanc fabulam esse invectum (vol. II, p. 105,23—106,14). Opinabatur Colotes omne genus fabularum a philosophiae dignitate prorsus alienum esse.

P. 113,9—10 Proclus denuo Colotis mentionem facit, et quidem in hunc modum: τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον Κωλώτην, τὸν Πλάτωνος . . . In Procli codice unico (de quo vide GUILELMI KROLL praefationem ad vol. I, p. V et ad vol. II, p. II—IV) inter vocem Πλάτωνος et ea quae sequuntur lacuna octo litterarum exstat. Explevit eam WYTTENBACH proponens ⟨ἐχθρόν⟩; quam vocem in textum recepit Procli editor KROLL, quem secuti sunt etiam »Antesocraticorum» editores (Vorsokr.⁶ II, p. 113,20).

Colotes certe erat ἐχθρὸς Πλάτωνος. At ita potest quivis vocari, qui Platonem odit, licet numquam contra eum scripserit. Vix crediderim hominem, qui tanto vigore Platonem aggressus est, ut octo saeculis elapsis princeps Academiae arbitratus sit debere eum refelli, nihil nisi »inimicum» Platonis appellatum esse. Itaque, cum Proclus satis copiose de Colote Platonis obtrectatore supra disseruerit, nostro loco mihi quidem videtur aliquid desiderari, quo hoc ipsum, Colotem acerrime Platonem carpsisse, significetur.

Dicit Plutarchus in libro adversus Colotem scripto (Adv. Col. 16,1 p. 1116c) de iis rebus disputans, quae Platonis obiecerat Colotes: ἀλλ' αὐτὸν ἡδέως ἀν ἐροίμην τὸν κατήγορον (i.e. Colotem), εἰ κτέ. Illum Plutarchi librum pertractanti mihi in mentem venit nostro loco lacunam verbo κατήγορον expleri posse. Hoc verbum et numero litterarum optime lacunae spatio convenit et sensum habet eum, quem quaesivimus. Etiam Proclus ipse aliquanto post hoc verbo de Colote loquens

¹ Editio (princeps): Procli Diadochi in Platonis Rem publicam commentarii edidit GUILELMUS KROLL. Vol. I—II. Lipsiae 1899—1901 (Bibl. Teubn.). — Locus, de quo acturus sum, legitur etiam in HERMANNI DIELS »Die Fragmente der Vorsokratiker» (Democr. B 1 = Vorsokr.⁶ II, p. 130,19—20).

utitur: p. 121,24—25 εἰτ' αὐτός ἐστιν ὁ Κωλώτης εἰτ' ἄλλος τοῦ μύθου τοῦτον τὸν τρόπον κατήγορος. Accedit quod verbum ἐγκαλεῖν, quod idem fere significat atque κατηγορεῖν, et a Proclo de Colote praedicatur (II 105,23) et apud Plutar-chum de Colote variorum philosophorum obtrectatore disputantem frequentissimum est.¹

Credo igitur Proclum nostro loco scripsisse τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον Κωλώτην, τὸν Πλάτωνος <κατήγορον>.

¹ Adv. Col. 4,1 p. 1108f; 12,4 p. 1113d; 13,1 p. 1113f; 14,2 p. 1115a; 19,1 p. 1117f; 20,1 p. 1118c; 31,6 p. 1125f.